



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Fratrem conuertit & malefactorum n. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1611.

Eius caritas erga concipit uos.

alter robusto corpore Sacerdos iuuenis, alter prouectæ ætatis vir Laicus: nè hi inter sceleratos locarentur egrè obtinuit *Scottus*, & maluit sui potius ut fruerentur parte cubiculi, licet avaritia Custodis exigeret pro secundo in ea parte lecto à singulis quot hebdomadis aureum nummū, ad quem sumptum cum Hyberni nè obolum intulissent, *Scottus* incubuit omnis impensa, quâ ad certam constituto tempore solutionem sepositâ, supererant illi sedecim tantum floreni Brabantici ad victum trium mensum tribus comparandum: parè igitur viuendū erat, è publico enim dabatur panis vnicus cum modico lactis. Quod corpori decrat supplere conatus est *Scottus* spiritualibus exercitationibus, distributis in varia antemeridianis & pomeridianis horis. Mense tertio elapso solemnia fiunt iudicia; cuiusdam qui cum viderat in portu Lucarensi celebrantem indicio, damnatur Sacerdotij: Ultra tamen ad supplicium progrediendum non censuere Iudices: plecti quouis tempore poterat, sed labor illi diuturnior, aliūsq̄ generis corona parabatur. Infelicitus longè accidit Hyberno Sacerdoti; is enim in robusto corpore ignauum gerens animum in omnia consensit, & ut precibus hæreticorum interesset, & ut in Regis Primatum iuraret, & publicè ad Iudicium sublellia Catholicæ fidei abrenunciaret: neque tamen confestim sortitus est libertatem, sed cum ei *Scottus*, post abnegatam fidem, cubiculi consortium denegaret, detrusus ad sceleratos, eorum induit omnes mores, & qui prius modestus & prudens ab omnibus audiebat, perditam nequitia profligataq̄ conscientia homo, nulliusq̄ esse celebri vilis est.

Fratrem iuniorem conuertit.

II. Non multo post interuallo subsidium pecuniarium accepit à *Blackwello* Archipresbytero & à fratre natu maximo: Iunior etiam *Edwardus* accessit, qui cum Protestantium errores alte imbibisset tam impotenter in Catholicam Religionem inuehebatur ut Commentariensis non illibenter fratris illi fideret custodiam, manseruntq̄, simul octiduum; quo tempore mutauit *Edwardus* sententiam, ac primò decreuit Protestantium conuentibus exinde non interesse; tum proximis Christi natalitijs redditus ab eodem Ecclesiæ, transmisit Duacum ad studia, ac in Societatem deinde cooptatus Sacerdos, feruidos naturæ motus transtulit in sedulam in Christi vinea operam, quam varijs in locis explicuit, ac demum in Missione Deuonienſi, cui præ fuerat, diem obiit laboriosus Athleta. Neque fuit hic vnicus carceris fructus. In quadriemestribus iudicijs miser quidam morti adiudicatus tam grauer tulit sententiam, (præsertim cum solus plectendus esset,) ut ipsâ mortis cogitatione penè exanimaretur: eo forte tempore, veteri amoto, nouus carceri Custos datus fuerat: Hic cum ex suis Ministrum nullum reperiret qui homini dignaretur adesse, rogat *Scottum* (quoniam virum bonum & non illiteratum esse intellexerat) uti susciperet consolandum: duabus prope horis fuere simul in conclau, quo spatio, quantum breuis mora patiebatur, in fide institutum, & Sacramento expiatum, tanta compleuit latitiâ, ut non mortis solum memoriam leuiter ferret, sed arctè complexus Sacerdotem, fuis præ gaudio lachrymis profiteretur nullo vnquam tempore tantum se in re qualibet percepisse solatij: iustus est rem taci-

Et malefactorum.

tam

tam habere ad diem vsque locumque supplicij : Eo loci Crucis signum fronti ac pectori frequenter imprimens fatetur se Romano-Catholicum : excandescit Magistratus ; aduocantur pseudo Ministri duo ; frustra conantur à fide auertere ; in ore habentem assidue dulcissima nomina *Iesu & Mariæ*, & Catholicorum flagitantem preces, de scala deturbant, cum fidelibus haud dubie resurrecturum : Insanit Custos, minatur Sacerdoti extrema ; ille vicissim minanti os comprimit quod nec ipse futurus esset immunis qui ad se hominem ad colloquium introduxit. Sex fere mensibus durauit ista captiuitas ; tum procurante fratre iussus exire regno, conscendit Mercatoriam in Armoricam soluentem ad Sancti Maclouij : de itinere excendens *Garnesij*, (Insula est Angliæ subdita) inde repetitâ postridie navigatione, dum vela explicant turbidâ repente coortâ tempestate repluntur ad lictus Anglicanum, descenduntque ad Castrum *Hurstij* in agro *Hantonien*si. Hic dissimulante Nauarcho, & numeratâ pecuniâ datur *Scott*o fugæ locus : de fugâ, recta ad *Garnetrum*, petitque Societatem ; datur *Gerardo* instituendus. Anno vix euoluto emergit infelix conspiratio : dum vltro citroque ad *Garnetrum* mittitur consilij causâ, in excubitores ad singula penè vestigia incidens, singulari industriâ euadit inculpatus, reuersusque Londinum, post *Garnetti* mortem *Gerardum* sequitur in Belgium. Peractis probationibus in Angliam redux sæpe ostendit in occasione bene facien di neque consilium neque animum defuisse. In agro *Staffordien*si ager erat *Romoaldus* quidam cæmentarius ; vir à natura probus, sed hæresis *Caluinianæ* sectator diligentissimus : Adit illum *Scottus* vnâ cum virgine nobili è vicina domo ; post verba vrbانيتatis pauca, ingreditur sermonem de Dei misericordia erga peccatorem rite pœnitentem, de peccati fœditate, de Angelorum gaudio in respiscencia, atque his similibus, quæ cum *Romoaldo* videret esse non ingrata, deducit intus ad cubile & iubet quiescere ; virgo interim honestè abducit vxorem : Tum *Scottus* progreditur, ostendit morem veterem fuisse peccata Sacerdoti legitimo confiteri ; eius vestigium in ipsorummet precum libro superesse ; dedisse Christum in Euangelio potestatem pœnitentes absoluen di ; se Sacerdotem esse ; suâ si vti vellet operâ, de æterna salute securum esse posse. Ille oculis in hominem aliquamdiu defixis, "Videntur, inquit, quæ dicis rationi esse consentanea ; ego me tibi, intelligenti vt video quæ sint necessaria, permitto) tum cum porro disserentem audisset de vnitæte confessioneque Ecclesiæ Catholicæ, & de perpetuo hæreticorum inter se dissidio, rite est expiatus, nequicquam sapius pulsante vxore vt ingrederetur : filij ex agro cum famulis redeuntes rem vti erat coniecturâ assecuti stomachantur ; minantur *Scottus* si reuertatur ; vxor clamat perditum ab illo esse maritum ; reuertitur tamen cum à medico intellexisset spem vitæ nullam superesse, & rursus audet, & egrum iubentem domesticos à minis & iniuriâ quiescere, pulsus è cubiculo præter Catholicum comitem cæteris, postremis communit Sacramentis ; ager intra horam astante viro pio Catholico moritur.

Ingreditur
societatem
et eius in
Anglia in-
dustria.

Ddd

Post